



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi  
Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

**Suárez, Francisco**

**[Köln], 1617**

Articulus X. vtrum vnio duarum naturarum in Christo sit facta per gratiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

ficut ipsa humanitas per vnionem, quanquam dictum illud suam habeat intelligentiam, infra suo loco tractandam. Et hinc ad vltimam confirmationem dicitur, nullam esse comparationem sumptam ex mysterio Eucharistiae, quia ibi non datur Christus secundum vnionem personalem, sed solum secundum quandam realem praesentiam, & vnionem accidentalem ad effectus gratiae creatae & accidentalis ordinatam.

ARTICVLVS X.

an vnio duarum naturarum in Christo sit facta per gratiam.

16. In f. q. 6 a. 6. Et vbi q. 29. ar. 2. Et 3. d. 13 q. 3. ar. 2. P. sec. q. 110. ar. 2. Et 3. 1.

Art. 9 huius quaest.

e. 15. ante med. s. m. 7.

3 d. 13 q. a. 1. 1. 2 q. 110 a. 1.

3 d. 4 q. 3 ar. 2. Et col. 2. le. 2. col. 3.

**A**d decimum sic proceditur. Videtur, quod vnio Incarnationis non sit facta per gratiam. Gratia enim est accedens quoddammodo, ut in secunda parte habitum est. Sed humane nature vnio ad diuinam, non est facta per accedens: ut supra ostensum est. Ergo videtur quod vnio Incarnationis non sit facta per gratiam.

**1.** Praeterea, Gratia subiectum est anima: sed sicut dicitur Col. 2. in Christo inhabitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: ergo videtur quod illa vnio non sit facta per gratiam.

**2.** Praeterea, Quilibet Sanctus Deo vnitur per gratiam. Si igitur vnio Incarnationis fuit per gratiam, videtur quod non aliter dicatur Christus esse Deus, quam alij Sancti homines.

Sed contra est, quod Augustinus dicit in lib. 2. de Praed. Sanctorum, Ea gratia fit ab initio fidei sua homo quicumque, Christus in quo, quia gratia homo ille ab initio factus est Christus: sed homo ille factus est Christus per vnionem ad diuinam naturam. Ergo vnio illa fuit per gratiam.

**3.** Respondeo dicendum, quod sicut in secunda parte dictum est, gratia dupliciter dicitur. Vno modo ipsa voluntas Dei gratis aliquid dantis: alio modo ipsum gratuitum donum Dei. Indiget autem humana natura gratuita Dei voluntate ad hoc, quod eleuetur in Deum cum hoc sit supra facultatem suae naturae. Eleuatur autem humana natura in Deum dupliciter. Vno modo per operationem, qua scilicet Sancti cognoscunt & amant Deum. Alio modo per esse personale. Qui quidem modus est singularis Christo: in quo humana natura assumpta est ad hoc, quod sit in persona filij Dei. Manifestum est autem quod ad perfectionem operationis requiritur, quod potentia sit perfecta per habitum: sed quod natura habeat esse in supposito suo, non fit mediante aliquo habitu.

Sic ergo dicendum est, quod si gratia accipitur ipsa Dei voluntas gratis aliquid faciens, vel gratum seu acceptum aliquem habens, vnio Incarnationis facta est, per gratiam: sicut & vnio Sanctorum, ad Deum per cognitionem & amorem. Si vero gratia dicatur ipsum gratuitum Dei donum, sic ipsum quod est humanam naturam, esse vnitam personae diuinae, & potest dici quaedam gratia, in quantum nullis precedentibus meritis hoc est factum, non autem ita quod sit aliqua gratia habitualis, qua mediante talis vnio fiat.

**4.** Ad primum ergo dicendum, quod gratia, quae est accedens, est quaedam similitudo diuinitatis participata in homine. Per Incarnationem autem, humana natura non dicitur participasse similitudinem aliquam diuinae naturae, sed dicitur esse coniuncta ipsi diuinae naturae in persona filij: Maius autem est ipsa res, quam similitudo eius participata.

**5.** Ad secundum dicendum, quod gratia habitualis est solum in anima: sed gratia, id est, gratuitum Dei donum quod est vniti diuinae personae, pertinet ad totam naturam humanam, quae compositur ex anima & corpore. Et per hunc modum dicitur plenitudo diuinitatis in Christo corpore

valiter habitasse: quia est vnita diuinae naturae non solum anima, sed etiam corpore: Quamuis etiam possit dici, quod dicitur habitasse in Christo corporaliter, id est non vmbrales sicut habitauit in sacramentis veteris legis, de quibus ibidem subditur, quod sunt vmbra futurorum: corpus autem est Christus: prout scilicet corpus contra vmbralem diuiditur. Diuinitas etiam quidam, quod diuinitas dicitur in Christo habitasse corporaliter, id est, tribus modis, sicut corpus habet tres dimensiones. Vno modo, per essentiam, praesentiam, & potentiam: alio modo, per gratiam gratum facientem: sicut in sanctis: Tertio modo, per vnionem personalem: quod est proprium sibi.

Vnde patet responsio ad tertium: quia scilicet vnio Incarnationis non est facta solum per gratiam habitalem, sicut alij sancti vnuntur Deo, sed secundum subsistentiam suae personae.

COMMENTARIVS.

**E**xplicuit haec D. Tho. perfectionem essentialem huius vnionis, & vultu physicam naturam eius. In his autem tribus vltimis articulis docet, quid sit haec vnio in genere gratiae, seu quomodo sit hoc opus gratiae gratuito collatae humane naturae, & obiter declarat nonnullas causas, praesertim extrinsecas incarnationis. Ad intelligendum ergo titulum praesentis articuli aduertendum est, tribus modis posse existimari hanc vnionem factam esse per gratiam, scilicet effectiue, dispositiue, & formaliter, alia enim genera causarum in praesenti locum non habent, vt per se constat. Rursus gratiam distinguit D. Tho. in corpore articuli vno modo significare gratuitam Dei voluntatem, alio vero quodlibet gratuitum donum Dei. Vnde fit etiam, vt haec gratia in creatam, & creatam distinguatur, & iuxta varias significaciones, variegatae questionibus, sub hoc vno titulo coeprehendi possunt, quas omnes videtur D. Tho. complexus, omnibus enim illis satisficit.

**1.** Dicit ergo primo, hanc vnionem esse per gratiam, quae est gratuita Dei voluntas, quia est supra facultatem totius naturae, & supra omnia merita, in qua conclusione assignat causam efficientem, quam dicit esse solum diuinam voluntatem, non vt cuius operantem, sed vt eleuantem naturam, supra totum debitum, & meritum sui, sub qua ratione voluntas, gratia vocatur, & in hoc genere causae dici potest vnio haec facta per gratiam in creatam.

Dicit secundo, non esse factam hanc vnionem per aliquam gratiam habitalem, & inharentem ipsi humanitati. Ratio est, quia haec vnio non est aliqua operatio, sed est communicatio ipsius esse personalis filij Dei: at vero gratia habitualis ordinatur ad operationem: ergo. In qua conclusione intendit D. Tho. excludere hanc gratiam, quo ad omne genus causae, pro certo non supponit, non posse esse formalem, quia est accedens, quod supra etiam disputatione sexta probatum est quod vero non sit efficiens, vel disponens, optime probat ratione adducta, quia habitus solum ad operationem disponit, & solum illam efficit. Et confirmat hoc, argumento proportionali, nam in nobis natura non est in supposito suo, medio aliquo habitu, ergo neq; in Christo. Quod argumentum, videri potest non omnino efficax, quia haec vnio in Christo non fit eodem prorsus modo, ac in nobis. Sed quomodo in hoc tenet proportio in sequenti disputatione latius ostendemus. Vltimo est in hac conclusione aduertendum, quamuis D. Tho. specialiter locutus fuerit de gratia habituali, sub ea tamen comprehendisse, non solum habitum existentem in essentia animae, sed etiam habitus potentiarum, imo addo extendi hoc debere ad actus, & ad omne auxilium creatum ad operationem ordinatum, de his enim

D. Thom.

2. Concl.

D. Thom.

nius

him omnib. ratio D. Tho. procedit, quia hec omnia ordinantur ad operatione, vt dispositiones vel principia earu, vel si sint operationes ipsa; multo minus possunt ipsa concurrere ad constitutione suppositi; cum ab illo procedant, vt in nobis etiam videre est.

Dicit tertio, hanc vnionem esse gratuitum Dei donum, seu quandam gratiam, in quantum gratis a Deo facta est, nullis precedentibus meritis, quo sensu, vt etiam iuxta primam conclusionem locutus videtur August. lib. de predest. Sanct. c. 15. quem hic affert D. Tho. in argumento, sed contra. In qua conclusione Caiet. aduertit non dixisse D. Tho. vnionem factam esse per gratiam, sed ipsam esse gratiam, quod verissimum est, loquendo de ipsa substantiali vnione, quae vt supra diximus est modus supernaturalis omnino gratis collatus humanae naturae; non per aliam gratiam, ipsa n. vnio est veluti formalis ratio coniunctionis humanitatis cum Verbo: vnde si loquamur de humanitate, dici potest vnita Verbo per gratiam, no dispositione; sed quasi formaliter; scilicet per ipsam vnionem, quae gratia quaedam est. Ad do relationem etiam vnionis posse dici gratiam factam per ipsam coniunctionem substantialem, tanquam per fundamentum suum, quanquam relatio non debeat censeferi distincta gratia ab ipso fundamento, ex quo naturaliter resultat. Deniq; Verbum ipsum potest dici gratia collata humanitati, quia vt supra dictum est, illi est datum, vt terminus substantialis dependentie illius, vnde per se ipsum illam sanctificat: & hoc modo potest dici facta hec vnio per gratiam, non tanquam per formam, aut per aliam causam propriam, sed tanquam per terminum ipsius vnionis, quanquam verum sit, illam particulam, per, no proprie ad hanc significationem accommodari.

Sed contra hanc conclusionem sic expositam potest obici ratio illa facta pro secunda conclusione, quia in nobis no vnitur natura sua supposito, per aliquod quod mediet inter ipsam & suam substantiam; neq; etiam per modum medium, ergo neq; in hac vnione requiritur. Sed hac obiectio supra expedita est, negando consequentiam, quia in nobis substantia, non est res distincta, sed modus intrinsecus naturae, at vero in hac vnione, substantia Verbi, est res omnino distincta a natura, & ideo necesse est, vt modus vnionis inter illa intercedat. Itaq; ratio illa fuit efficax ad secundam conclusionem, quia ibi excludebatur gratia accidentalis, no vero virget contra hanc tertiam, quia gratia, de qua sermo est in hac conclusione, est substantialis.

Argumentum primum D. Tho. est facile, & recte concludit vnionem hanc non esse factam per aliquam gratiam, quae sit accidentis animae. D. Th. autem in solutione, non est contentus hoc concedendo, sed voluit etiam illud probare, quia per gratiam accidentalem solum communicatur homini quaedam participata similitudo diuinae naturae: per incarnationem vero confertur ipsa persona filii Dei. Vnde concludit hanc gratiam esse altioris ordinis ab omni gratia accidentali, & consequenter non fieri per illam.

In secundo argumento explicat D. Th. illum locu Pauli ad Col. 2. In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & tres adhibet expositiones, quarum tertiam non affirmat, sed refert tantum, quia no est expositio, sed metaphorica quaedam accommodatio, illo enim modo etiam posset dici Deus habitare in rebus omnib. corporaliter, quia sicut corpus habet tres dimensiones, ita Deus est in omnibus rebus, per essentiam, presentiam, & potentiam, duae vero prior expositiones sunt optimae, & literales. Prima, vt corporaliter significet, id est, vere, & no per figuras, aut vmbra. Secunda vt illa voce significat sit Verbum non tantum in anima, sed etiam in carne Christi habitasse per hanc vnionem, & vtraq; est August. epist. 57. ad Dardanum circa finem, vbi posteriorem magis probare videtur, & mihi maxime placet, si ita

explicetur, quod plenitudo diuinitatis diceatur fuisse in Christo corporaliter, quia ex verbo diuino, & humana natura corporea, vna ineffabilis substantia corporalis composita fit, sicut anima potest dici habitare corporaliter in homine, non quia in corpus conuersa fit, sed quia ita est vnita corpori, vt cum illo, vniam personam corpoream componat. hoc modo dicit Aug. per illud corporaliter, idem significatum esse, quod illis verbis. Verbum caro factum est, & Theodor. ibi. Corporaliter, inquit, id est, tanquam in proprio corpore, non enim singularem aliquam gratiam accepit, vt Moses, Deus enim est & homo, & id quod videtur, vniam habet vnigeniti diuinitatem, & Theoph. Habitauit, inquit, in eo corporatus, & vna substantia cum eo quod assumpsit, quod explicat exemplo anime, & corporis quod ex Cyril. refert, & hoc testimonio in hoc sensu vtitur G. las. Pap. lib. de duabus naturis circa mediam. Aliam vero expositionem seu potius amplificationem primae expositionis supra posite habet Prosper li. sententiarum Aug. sententia 29. vbi inquit diuinitatem dici habitare in Christo corporaliter, quia in illo impleretur omnia, quae in antiquis vmbis figurata sunt, vt sic quodammodo (inquit) vmbra vmbra precedentium ipse sit corpus, id est, figurarum illarum ipse sit veritas.

ARTICVLVS XI.

De vnionem Verbi incarnati aliqua merita praecesserunt.

**A**D vnionem sic proceditur. Videtur, quod vnio incarnationis fuerit aliqua merita subsecuta: Quia super illud Ps. 32. Fiat misericordia tua super nos, quemadmodum, &c. dicit gl. Hic insinuat de desiderio Propetiae de incarnatione, & merito impletionis Ergo incarnatio cadit sub merito. Preterea, Quicumq; meretur aliquid, meretur illud sine quo illud haberi non potest: Sed antiqui Patres merebantur vitam aeternam, ad quam peruenire non poterant, nisi per incarnationem, dicit enim Greg. in li. 13. Moral. Hi qui ante Christi aduentum in hunc mundum venerunt, quantum a liberis iustitiam virtutem habent ex corporibus educti, in sinum caelestis patrie statim recipi nullo modo poterant: quia nondum ille venerat, qui iustorum animas in perpetua sede collocaret. Ergo videtur quod mererentur incarnationem.

3. Preterea De beata Virgine cantatur, quod Dominum omnium meruit portare. Quod quidem factum est per incarnationem. Ergo incarnatio cadit sub merito.

Sed contra est, quod Augustinus dicit in libro de predest. Sanctorum. Quisquis in capite nostro praecedentia merita singularis illius generationis inuenit, ipse in nobis praecedentia merita multiplicata regenerationis inquit: Sed nulla merita praecesserunt regenerationem nostram: secundum illud ad Titum. Non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam soluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Ergo nec illam Christi generationem aliqua merita praecesserunt.

Respondet dicendum, quod quantum ad ipsum Christum, manifestum est ex praemissis, quod nulla eius merita poterunt praecedere vnionem. Non enim ponimus, quod antefuerit purus homo, & postea per meritum bonae vitae, obtinuerit esse filius Dei, sicut posuit Plotinus: sed ponimus quod a principio conceptionis ille homo vere fuerit filius Dei, vt potest non habens aliam hypostasim, quam Dei: secundum illud Lu. 1. Quod ex te nascetur, sanctum, vocabitur filius Dei: Et ideo omnis operatio illius hominis subsecuta est vnionem. Ergo nulla eius operatio potuit esse meritum vnionis.

Sed neque etiam opera alterius cuiuscunque hominis poterunt esse meritoria huius vnionis ex condigno. Primum quidem: quia opera meritoria hominis proprie ordinantur ad beatitudinem, quae est virtutis premium, & consi-

Theodor.

Theoph.

Galas. Pap.

Prosper.

17.

1.2. q. 98. ad

4. c. 3. dist.

4. q. 3. ar. 1. c.

Rom. 1. 13.

col. 2. f. c.

Heb. 1. 4.

col. 3. in m.

ent in gl. in

relinenti.

ibid

\* Li. 13. c. 20.

circa finem.

\* In offic. il-

lius ad Mar.

† Ca. 15 non

proc. ad hunc.

Art. praeced.

3. Genes.

D. Thom. August. Caietan.

Paulus.

August.